



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 17. Facultas decimas a Clero exigendi a Papa Hispaniæ Regi concessa

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.

A. C. 1485.

§. XVII.

*Facultas decimas a Clero exigendi a  
Papa Hispaniæ Regi concessa.*

*Reynald ad* Petierat olim Ferdinandus Arragoniæ  
*ann 1485.* Rex a Sixto IV. Cleri sui decimas,  
*n 28.* ut hisce pecuniarum subsidiis bellum ad-  
*Anton. Ne-* versus Mauros profequi valeret, obti-  
*briff. Decad.* nuitque facultatem, ut centum millia au-  
*2. lib. 1.* reorum exigere posset, quibus auxiliis  
 auctus, felicibus admodum successibus  
 Mauros coercuit: cum vero Innocentius  
 cuncta diplomata, quæ ejus Prædeces-  
 sor pro colligendis decimis concesserat,  
 abrogasset, hinc Ferdinandus jus sibi a  
 neo-electo Pontifice prorogari flagitavit.  
 Annuit Pontifex Regis precibus, hanc-  
 que in rem Bullam die vigesima sexta  
 Augusti currentis anni edidit. Exstant  
 quoque aliæ Innocentii literæ ad eundem  
 Regem ejusque conjugem Isabellam an-  
 no proximo die trigesima Januarii datæ:  
 Ferdinandus igitur hac facultate impe-  
 trata animo constituit validiori, quam  
 hucusque numeraverat, exercitu Grana-  
 tæ regnum invadere; quare copiis suis  
 in plura agmina divisis, plurimas arces,  
 quæ aditum ad Urbem Arundam inter-  
 cludebant, eodem tempore adoriebatur,  
 easque incredibili armorum celeritate oc-  
 cupabat, simulque Arundam sibi subji-  
 ciebat.

ciebat. Expugnatio hujus urbis, quam Sæcul. XV.  
 Mauri nullo unquam tempore capi posse A.C.1485.  
 crediderant, ingenti adeo terrore finiti-  
 mas quoque urbes replebat, ut vix op-  
 pugnari cæptæ sese jamjam dederent.  
 Ferdinandus ergo continuato victoriæ  
 cursu prope Aravallæ montes undevi-  
 ginti urbes, septemdecim apud Gausino-  
 rum juga, & duodecim alias in Villa-  
 longa, Maravella, Montemajore, &  
 Cartima, præter alias duodecim circum-  
 vicinas civitates armis suis subegit, idem-  
 que bellum summo ardore profecutus  
 est, specietenus quidem, ut Regio Gra-  
 natensium adolescenti opem ferret, re-  
 tamen ipsa, ut totum Regnum sibimet  
 ipsi vindicaret, ad id vero optatius exe-  
 quendum, nil intentatum, inausumque  
 reliquit, ut pristina Nepotem inter &  
 Patruum odia continuo aleret, atque hu-  
 jus fidem juveni Regi magis magisque  
 suspectam redderet; ne autem ille laten-  
 tis doli metum de Hispanis conciperet,  
 Ferdinandus beneficia ac benevolentiam  
 amplius, quam unquam, in eum effu-  
 dit, novisque muneribus adolescentem  
 auxit. Horum favorum lenocinio captus  
 juvenis, facili negotio cunctis Ferdinan-  
 di consiliis suffragatus est, ac copiis, quas  
 ei Rex suppeditabat, ipse imperans, Pa-  
 truum suum acriter bello pressit, qui  
 tantæ potentiae resistendo impar brevi

R 2

pro-

Cortos.

Sæcul. XV. prosperis Arragoniæ Regis progressibus  
 A. C. 1485. cedere compulsus est.

## §. XVIII.

*Occidentales Indiæ primum detectæ.*

*Marian. ib.  
 lib. 25.*

*Marmol. l. 9.  
 c. 27.*

*De Thou  
 hist. lib. 1.*

Haud parum excreverat Ferdinandi potentia, Indiis occidentalibus hoc anno recens detectis. Novæ hujus felicitatis primus omnium inventor merito celebratur Christophorus Columbus. Hic Cugureo, (\*) ignobili oppido prope Genuam progenitus, Cosmographiæ ac Astronomiæ scientiis haud leviter tinctus, arti nauticæ totum se dedit, & primum cum Auria Principe, quem Genuensium Respublica ad Joannem Regem ablegaverat, in Lusitaniam profectus est, ubi etiam Philippinam Mogmesiam celebrari illius Peristelli, qui Maderam, & Portus-Sancti Insulam detexerat, filiam sibi copulavit. Frequenti colloquio cum Socru sua habito stimulatus, ac propria terraquei orbis observatione adjutus, Indias occidentales detegere, animo constituit: Cum vero tanti moliminis ausus virium suarum imbecillitatem excederent, consilium suum Lusitaniæ Regi detexit;

(\*) *Alii Historici perhibent Christophorum fuisse natum Neniæ, quæ est urbs octavo lapide Genuæ distans.*